

## Band VII., Nr. 2070, Seite 29-30

*Heinrich Wildemann der Ältere und seine Söhne Hermann, Friedrich und Johann setzen ihren vogtrechtlichen Bezug von des Klosters Weingarten Höfen und Mühle in Biegen, sowie von dessen Lehen Baienfurt, Atzenmühle, Burach und Locher samt Zugehörden, die ihnen dereinst von König Konrad übertragen worden, fest, erklären sich über die Grösse dieses Bezugsrechts von zwei Höfen zu Fenken, verzichten zu Gunsten des Klosters auf den Zehnten in dem Gereut und überlassen demselben zwei Höfe zu Fenken.*

Burg über Reute, 1269. Mai 14.

Omnibus presentium inspectoribus Hainricus senior Wildeman, Hermannus, Fridericus et Johannes filii sui notitiam subscriptorum. Que geruntur in tempore, scripto committuntur, ut<sup>a</sup> certitudo in futuro de preteritis negotiis habeatur. Noverint igitur universi tam presentes quam futuri, quod cum ius advocaticium possessionum curiarum Biugen et molendini ibidem, feodum Baierfurt, Acelinsmūli<sup>1</sup>, Būrai, Lochen cum suis adtinentiis ad nos ex gratia domini nostri quondam Cunradi Romanorum regis spectare dinoscatur, quorum proprietas ad monasterium de Winegarten spectare dinoscitur, et multotiens oriatur dubitatio, quid vel quantum detur vel debeat dari ipsis advocatis, ordinavimus et constituimus anno domini MCCLXVIII., II. idus Maii, in castro nostro super Rūtun<sup>2</sup>, in presentia reverendi in Christo domini Her[manni], dei gratia abbatis, abbatis (!) de Winegarten ac domini Ber[toldi] dapiferi de Rordorf et nichilominus subscriptorum, quod nos et heredes nostri, quamdiu ipsa bona sub nostra sunt potestate ac protectione, annuatim simus contenti de eisdem bonis antiquo iure advocaticii tantum, videlicet de curia Biugen II quartalia tritici et I pullum ad carnisprivium, de molendino ibidem II quartalia tritici et I pullum, de bono Baierfurt I quartale tritici et I pullum, de Acelinsmūli III quartalia tritici et III pullos, de Būrai II quartalia tritici et I pullum, de Lochen duo quartalia et dimidium tritici et III pullos, secundum quod quondam dabatur dominis imperatoribus regibus ac ducibus sicut est expressum. Insuper de maiori curia Venechon nomine advocaticii duo quartalia avene, et de minori curia ibidem II pullis tantum singulis annis simus contenti, promittentes etiam bona fide, quod nos et heredes nostri de eisdem bonis vel hominibus ipsa bona colentibus<sup>b</sup> nulla servitia vel

<sup>a</sup>ut hat über dem t fälschlicherweise das Zeichen der Abkürzung für er.

<sup>b</sup>Verschrieben: *colentia*.

<sup>1</sup>Vermutlich eine zu Baienfurt gehörende Mühle.

<sup>2</sup>Abgegangene Burg bei Weingarten oder Burg Wildeneck über Reuti.

## II

stiuras vel exactiones ulteriores ab ipsis ulterius requiremus. Item volumus etiam, quod procuratores monasterii predicti exnunc decimam suam in dem Gerûti super agris accipiant singulis annis, quam dudum pro tribus modis avene habuimus et quam libere in manus predicti domini abbatis omnes resignavimus et dimisimus ipsi monasterio totaliter solutam. Preterea nos Hermannus, Fridericus et Johannes fratres predicti promisimus fide corporali in manus ipsius domini abbatis et ad sancta sanctorum iuravimus, quod nos et heredes nostri predicta omnia habebimus illibata et rata<sup>c</sup>. Ad hec genitor noster dominus H(ainricus) minorem curiam Venchon monasterio in Winegarten in remedium anime sue et parentum nostrorum dudum cum nostro consensu et favore iuste et rationabiliter donavit ac etiam maiorem curiam unam ibidem intuitu dei ipsi monasterio cum nostra voluntate tradidit<sup>d</sup> post obitum suum in perpetuum possidendam, tali condicione adiecta, videlicet quod ipse quamdiu vixerit predictam curiam possidere tenetur et postquam ipse ingreditur viam universe carnis, tunc ipsa curia monasterio predicto erit sine contradictione qualibet nostra et nostrorum heredum libere et totaliter soluta, renuntiantes nichilominus omni iuri et iuris auxilio omni exceptioni omni actioni, si qua nobis super predictis curiis et super aliis omnibus competiit vel competere videbatur, sicut superius est expressum. Huius facti testes sunt: predictus dominus abbas, dominus H. prior predicti monasterii, dominus H. de Altorf, dominus Indomitus de Winegarten, dominus Ber(toldus) dapifer de Rordorf prefatus, dominus Pusillus, dominus Her[mannus] dictus de Briûiun<sup>3</sup>, dominus Her(mannus) Wildeman, dominus F[ridericus] Wazo, H[ainricus] frater suus, H[ainricus] de Spilberc<sup>4</sup>, U[lricus] de Essendorf<sup>5</sup> clericus, Her[mannus] Hellar, F[ridericus] Hellar, Salomon, F[ridericus] de Altorf, Sturme, H. de Abla, Hunpissus in Ponte et alii quam plures. Et cum propriis sigillis caremus, sigillis reverendi in Christo domini abbatis predicti de Winegarten, dominorum Bertoldi de Rordorf dapiferi et Eberhardi dapiferi de Walpurg presentem paginam rogavimus consigniri et duo similia conscribi.<br> <br> Datum et actum super Rûtun, anno domini nostri predicto MCCLXVIII., II. idus Maii, indictione XII.

---

<sup>c</sup>Über *illibata* ist ein *b*, über *rata* ein *a* übergeschrieben, ohne Zweifel zum Zeichen, dass Umstellung gewünscht wird. Vor *illibata* Rasur.

<sup>d</sup>Vor *tradidit* Rasur.

<sup>3</sup>Briach.

<sup>4</sup>Unermittelt.

<sup>5</sup>Unteressendorf.

### III

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> Vom ersten Siegel nur noch die Pergamentriemchen erhalten. Die zwei anderen Siegel sind beschädigt: 2) Das Siegel des Truchsessen Berthold von Waldburg zu Rohrdorf, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 2390 (WUB, Bd. VII, S. 278). 3) Das Siegel des Abts Hermann von Weingarten, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 2001 (WUB, Bd. VI, S. 397).

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

B 515 U 1680

**Überlieferung und Textkritik:**

Original. Auch in den Kopialbüchern HStA Stuttgart Nr. 260, S. 126, Nr. 261, S. 10b und Nr. 259, S. 7.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Burg über Reute

**Ortsindex:**

Ablach Wohnplatz (21126)<br> Ablach, Krauchenwies, SIG<br> Baienfurt Wohnplatz (19174)<br> Baienfurt, RV<br> Biegen, Argenbühl, RV<br> Briach Wohnplatz (19177)<br> Briach, Baienfurt, RV<br> Burach Wohnplatz (20169)<br> Burach, Ravensburg, RV<br> Fenken Wohnplatz (20184)<br> Fenken, Schlier, RV<br> Locherhof Wohnplatz (20092)<br> Locherhof, Ravensburg, RV<br> Reute<br> Rohrdorf Wohnplatz (21190)<br> Rohrdorf, Meßkirch, SIG<br> Spielberg<br> Unteressendorf Wohnplatz (17279)<br> Unteressendorf, Hochdorf, BC<br> Waldburg Wohnplatz (20306)<br> Waldburg, RV<br> Weingarten RV<br> Weingarten Gemeinde (20557)<br> Weingarten Wohnplatz (20565)<br> Weingarten, RV<br> Wildeneck Wüstung (24137)<br> Wildeneck, Weingarten, RV, W